



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Lvitprandi Ticinensis Diaconi Opusculvm, De Vitis  
Romanorvm Pontificvm**

**Liutprandus <Cremonensis>**

**Mogvntiae, 1602**

**XXXIX.**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11115**

**D**AMASVS, natione Hispanus, ex patre Antonio, sedit annis 18.  
\*contentione. mens. 3. dieb. 10. & cum eodem ordinatur sub \* intentione  
 Vrfinus. Qui facto Concilio sacerdotum electus est ab urbe, & Ne-  
 apoli constitutus Episcopus. Damasus fultus plurima multitudine  
 in sede Apostolica permanxit præful. Qui tandem accusatus incriminatur  
 de adulterio, & facta Synodo purgatur à 44. Episcopis,  
 qui etiam damnauerunt accusatores eius, Concordium & Calli-  
 stum, & proiecerunt de Ecclesia. Quæsiuitq; multa corpora San-  
 ctorum, & inuenit, ac eorum memorias versibus decorauit. Con-  
 stituit quoque, ut psalmi die noctuq; canerentur per omnes Eccle-  
 sias, ac sepultus est via Ardeatina in basilica sua 3. Idus Decembr.  
 iuxta matrem suam, & germanam suam. Et cessauit Episcopatus  
 dies 31.

## XL.

**S**IRICIVS, natione Romanus, ex patre Tiburtio, sedit annis 15.  
 Hic constituit, ut nullus presbyter Missas celebraret per omnię  
 hebdomadam. nisi consecratum Episcopi suscepere, quod nomi-  
 natur fermentum. Qui etiam exosos habuit omnes hæreticos, ma-  
 xime Manichæos, quos inuentos in exilium deportari fecit, & con-  
 stituit, ut si quis de Manichæis conuersus rediret ad Ecclesiam, nul-  
 latenus communicaret, nisi tantum relegatus monasterio usque ad  
 finem vitæ suæ ieunus & orationibus vacans viaticum ei largire-  
 tur. Constituit etiam hæreticum sub manu impositionis reconciliari  
 præsente cuncta Ecclesia. Qui sepultus est in cimiterio Priscil-  
 læ, via Salaria, 8. Kalend. Maii. Et cessauit Episcopatus, dies 20.

## XLI.

**A**NASTASIVS, natione Romanus, ex patre Maximo, sedit  
 annis 3. diebus 10. Hic constituit, ut quotienscunq; Euange-  
 lia sancta recitarentur, sacerdotes non sederent, sed curui starent,  
 & ut nullus clericum transmarinum susciperet, nisi sui Episcopi  
 chirographum designaret, quia eodem tempore Manichæi inuen-  
 ti sunt in urbe. Sepultus est autem in cimiterio suo ad Vrsum pile-  
 atum, 5. Kalend. Maii. Et cessauit Episcopatus dies 21.

## XLII.

**I**NNOCENTIVS, natione Albanensis, ex patre Innocentio, se-  
 dit annis 15. mensibus 3. dieb. 21. Hic inuenit Pelagium & Cæ-  
 lestium